

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

fua . siue in exorabili lege fati nos stringat  
siue deus arbiter vniuersis cuncta dispoit  
siue casus actiones humanas sine ordine p-  
miscet . adhuc philosophie insistendu est .  
**Philosophia enim nos tueri habet** / hec em  
exhortatur ut libenter deo placeamus / ut  
ipsum sequamur / ut continue fortune resista-  
mus / & ut casum feramus . Licet aut omnes  
homines natura scire desideret / tamen pau-  
ci de quo dolor est philosophie vacant / quod  
ideo contingit / quia plures obmissis delecta-  
tionibus interioribus ad delectationes resu-  
giunt corporales . Non tamen oportet delecta-  
tiones corporales esse eligibiliores interi-  
oribus / quia delectationes corporales impediunt  
a summo bono . interiores autem ad id promo-  
uent . Vnde Boetius in tractatu de sum-  
mo bono dicit . dolere debet qui delectatio-  
nibus sensualibus detinetur bona interiora ob-  
mittendo . Nam dediti bonis sensualibus summa  
bona non attingunt . Quos homines sensu-  
ales Boetius . iiii . de consolatione prosa . iiii .  
comparat vesperilionibus dicens . Nequeunt enim  
oculos suos tenebris assuetos ad lucem per-  
spicue veritatis attollere . similesque sunt a-  
uiibus quarum intuitum nox illuminat dies  
excecat . Et licet homines sensuales & vul-  
gares non magnificent nomen philoso-  
phie . sed magis blasphemant . nihilominus  
tamen ipsa philosophia in sua dignita-  
te perseuerat . teste Seneca . xiiii . episto-  
la ad Lucillum . Nunquam inualecet ad  
tantum malitia . neque ad tantum excedit  
contra virtutes ut non nomen philosophie sacrum  
& venerabile permaneat . Sed dices philo-  
sophari non valeo quia pauper sum . sed  
si diuitias habueris totum me philosophie dabo .  
& hoc videtur rationabile . quia natura per se  
non est sufficiens ad speculandum . sed oportet  
cibum & potum & reliquum famulatum pre-  
existere . & pro tanto sacerdotes in egipto  
habitis necessariis propter ammirari ceperunt  
philosophari . Nec excusatio ratione pau-  
peritatis non valet . audi Senecam . xvii .  
epistola ad Lucillum qui dicit . Non est quod nos pau-  
peritas a philosophia reuocet . tolleranda  
enim est fames quam tollerauerunt quidam in

*Dubium*

obsidiombus / & quid aliud erat premium pa-  
tientie illorum quam in arbitrium non cadere  
scilicet inimicorum . quanto magis est quod pro-  
mittitur perpetua libertas / nullius hominis  
timor & quod animum liberat a furoribus .  
multis enim ad philosophandum obstiterunt  
diuitie . **Paupertas autem expedita securae est**  
**si vis animo vacare pauper fieri oportet aut**  
**pauperi similis . quia non potest studium sa-**  
**lutare fieri sine cura fragilitatis . fragilitas**  
**autem est voluntaria paupertas** / hec Se-  
neca . Verum est igitur ad philosophandum  
exigentur necessaria . sed sufficiunt homini  
paucis . non enim oportet futurum felicem  
deum terre & maris esse . quia natura paucis  
minimisque contenta est / ex secundo de consol-  
atione prosa quinta . Proice ergo omnia a  
te & ad philosophiam magno cursu totisque  
uiribus intende / hec Seneca . xvii . epistola  
ad Lucillum . Philosophie ergo seruias oportet  
ut tibi contingat vera libertas . ut tibi  
contingat vera securitas ut tibi innotescat  
felicitas ut par deo fias . & precipue ut in  
aduersitatibus & tribulationibus positus  
per ipsam verissime consoleris / exemplo Bo-  
etii . quem philosophia in exilium relega-  
tum . ab omnibus bonis pulsum . dignitatibus  
exutum . multis miseris afflictum . dul-  
cissime consolabatur . de cuius philosophie  
consolatione agitur in libro Boetii qui in-  
titulatur liber de consolatione philosophie .  
de quo ad presens nostra est intentio . hec  
sufficiant de introductione huius libri .  
**Sed antequam ad litteram accedamus quinque**  
**sunt premissenda . Primum de causa suscepti**  
**operis . Secundum de causis huius libri .**  
**Tertium de titulo huius libri & eius exposi-**  
**tionem . Quartum de causa intitutionis pre-**  
**sentis libri . Quintum de generali summa &**  
**sententia huius libri .** **Circa primum**  
**videlicet circa causam suscepti operis quare**  
**Boetius hunc librum conscripsit / est sci-**  
**endum .** **Boetius vir eximius consul**  
**Romanus / fide catholicus extitit . qui dis-**  
**putans de fide catholica contra duos he-**  
**reticos scilicet contra Nestorium & Eutimum . cum**  
**nullus esset qui eis resisteret Boetii ipsos**

*e. i. u. d. hoc  
huc lib. scripsit*